

controv. 40, num. 17, centur. 2, Lanfranc. Zacch. de Salar. quest. 87, numero 23, & 24, rationem assignant, quia legati causa * cessante, cessat legatum iuribus cumulatis per Lanfranc. de Salar. quest. 35, numero 4.

3 Circa quod alimenta nullo peculiari fruuntur privilegio, & ideo si alimenta alicui relinquuntur, quatenus habitaverit * cum filiis eatenus debentur, quatenus durat habitatio, ut post alios supponit Auctor hic num. 4, & comprobatur Joann. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 43, numero 14, & faciunt tradita per Leoncill. de privileg. pauper. 216, numero 4.

4 Si tamen subesset dubium an causa oneris, seu magis favore legatarii relictum * pro alimentis succedisset, tunc non propter onus alendi, aut tutelæ, sed favore legatarii relictum conferetur, ut profertur Auctor hic numero 5, Leoncill. de privileg. pauper. 216, numero 3, Capyc. Latr. consultat. 106, à numero 31, Merlin. Pignatell. dicta controvers. 40, numero 43, Arias de Mes. variar. resolut. 5, numero 15, libro secundo. Botriglier. de success. ab intestat. cap. 2. Theorem. 63, sub numero 6, versic. Hæc tamen doctrina.

5 Inter limitationes ad superius dicta peculiaris ea est, ut regula non procedat quando onus inunctum favore tertii respiciat veluti in relicto uxori, ut cum filiis impuberibus habitet, quia tunc onus præsumitur causa legati, & legatum concernit favore filiorum, ut mater eos educet, ut nutriat, quemadmodum animadvertitur hic numero 6, Menoch. consil. 146, numero 3, & d. præsumpt. 123, numero 15, libro 4, latè Arias de Mes. dicta resolut. 5, numero 12, 13, & 14, lib. 2, Franc. decis. 58, numero quarto, Buccafer. consil. 50, numero 4, & numero 18, ubi se explicat.

6 Altera limitatio est, quando constat liquidò, aut ex conjecturis, quod conditio, seu onus + appositum sit ad commodum, & favorem eorum cum quibus legatarius commorari debet, quoniam si illi moriantur, deficit legatum, ut profertur Arias de Mes. dicta resolut. 5, n. 26, & sequentibus, lib. 2, & tangit Auctor hic num. 7, & benè distinguit Buccafer. consil. 50, nu. 3. Si verò causa legandi concerneret favorem legatarii + tunc moriente eo, cum quo habitandum erat, non expirat legatum, Franc. dicta decis. 53, numero 3, Peregrin. de fideicommiss. artic. 16, nu. 147, cum adductis per Arias de Mes. resolution. 4, numero 25.

7 Ex causa necessitatis, ac pro sustentatione relictum debetur, etiam si necessitas non subsit, + aut non duret, auctor hic num. 13, Gram. decis. 59, nu. 52, & sequentibus, Mantic. de conjectur. ultim. voluntat. lib. 11, tit. 22, n. 33, Scain. decis. Bono. 44, n. 53. Quod tamen generaliter non videtur verum, quoniam extincto relicto ob cessationem causæ * non reviviscit relictum, quantumvis postea superveniret eadem causa, Buratt. in l. Titia 89, §. Imperator nu. 10, ff. de legat. 2. Hodiern. ad l. hac edict. quest. 15, numero 11.



CAPUT XLII.

SUMMARIUM.

1 **Conditio impossibilis adjecta actui inter vivos illum vitiat. Apposita verò ultima voluntati vitiat firma manente ipsa dispositione nu. 2. Dividitur in possibilem, & impossibilem, num. 3. Impossibilis tripliciter dicitur de facto, à natura, aut à jure numero 4. Alia dicitur necessario exitura numero 5, Contingens dividitur in potestativam, casualem, & mixtam numero 6. Potestativa quando habeatur pro impleta numero 9, Mixta non habeatur pro impleta, quando deficit factio legatarii n. 10, Apposita in margine instrumenti de manu Notarii obligat contrahentes n. 12.**

7 **Legatum sub conditione casuali relictum, ea deficiente corrumpit. Ampliat ut numero 8. Uxori relictum ut habitet cum filiis favore legatarii censetur relictum numero 11.**

13 **Apostilla manu alterius quam Notarii scripta, ut valeat à Notario debet esse subscripta. Et de ratione numero 14. Dum dubitatur an manu Notarii sit scripta, aut subscripta interim instrumenti non probat numero 15. Constitit quod fuerit scripta manu Notarii in dubio de tempore stipulationis censetur apposita numero 16.**

Conditionum plures adfunt species; inter quas connumeratur conditio impossibilis, * que adjecta actui inter vivos illum vitiat, §. impossibilis instituit. de inutilibus stipulat. l. non solum 30, ff. de act. & obligat. l. impossibilis 7, ff. de verbor. obligat. Gomez. variar. resolut. tom. 1, cap. 12, sub numero 67, versic. Secus tamen est in contractibus. Altograd. consil. 77, num. 15, lib. 2. Duran. de condit. & mod. imposs. part. 2, cap. 1, num. 1, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. final. n. 14, & num. 98, Monet. de commutat. ultim. voluntat. cap. 4, num. 221, 222, & 223, versic. non tamen, & sub n. 245, versic. alios verò contractus, & sub numero 247, versic. posterior pars, Gibalin. de usur. lib. 3, cap. 2, art. 4, n. 20, tom. 1, Rot. decis. 107, num. 11, part. 8, recent. Adjecta verò ultimæ voluntati conditio impossibilis * vitiat firma manente ipsa dispositione, Fufar. consil. 43, num. 6, 17, & 22, & consil. 175, n. 1, Surd. decis. 68, n. 1, & per totam, cum ibi notatis copiose per per Hodiern. volens idem procedere in conditione turpi, Ciardin. contrrov. 218, n. 46, Duran. de condit. & mod. imposs. part. 2, cap. 1, n. 2, Monet. de commutat. ultim. voluntat. cap. 4, num. 220, 223, 245, & 247, Capyc. Galeott. contrrovers. 34, n. 24, & sequentibus, lib. 2, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. final. num. 97, Altograd. consil. 77, num. 29, & 30, & consil. 78, nu. 29, lib. 1, ubi quod conditio impossibilis non vitietur, quando Testator eam putavit possibilem quo casu testamentum vitari subjungit, & latissime consilio septuagesimo septimo, sub numero 15, versic. in ultimis voluntatibus, & per totum, & consilio octuagesimo-quarto, & numero 3, 12, & per totum. Ubi tamen ex serie facti testamentum sustinet, quia testator conditionem

Observationum de Alimentis Cap. XLI.

tionem credidit possibilem, lib. 2, Cyriac. contrrov. 247, n. 24, Gibalin. de usur. lib. 3, cap. 2, art. 4, numero 21, tom. 1, Carracciol. decis. 23, num. 37, dixi allegat. 59, numero 25, lib. 3, Rot. apud Eugen. post consil. 33, lib. 2.

Mox dicta præmittenda duximus, siquidem primò conditiones dividuntur in possibilem, * & impossibilem, ut colligitur ex glos. in rubr. ff. de condit. instit. & ex Doctoribus in rubrica, ff. de condit. & demonstrat. & refert Monet. de commut. ult. volunt. cap. 4, nu. 188, Tripliciter impossibile dicitur conditio, * vel de facto, vel à natura, aut de jure. Duran. de condit. & mod. imposs. part. 2, cap. 1, n. 58, & 39, Capyc. Galeott. dict. contrrov. 34, n. 25, & 26, lib. 2, Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 4, n. 188, & seq. Altograd. dicto consil. 84, ex numero 5, lib. 2. Hic autem Auctor tractat de conditione possibili, non quidem necessario exitura, * veluti si Titius morietur, si cœlum digito non attigero, de qua dicto §. impossibilis instituit. de inutilibus stipulat. l. impossibilis 7, ff. de verbor. obligat. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 4, numero 190, Duran. de condit. & mod. imposs. part. 1, cap. 2, numero 3.

3 Sed contingente, ac se habente ad esse, * & non esse, quam post alios dividit Auctor hic numero 1, in potestativam, casualem, & mixtam, Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 4, numero 191, Duran. de condit. & mod. imposs. part. 1, cap. 2, numero 2, Capyc. Galeott. contrrov. 59, numero 61, in fine, & 62, lib. 2. Arias de Mes. var. resolut. lib. 2, cap. 4, numero 1, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, cap. 21, numero 3.

Qualitercumque conditio casualis deficiat etiam abique culpa honorati legatum sub dicta conditione * relictum corrumpit, Gal. pract. observat. 144, numero 11, lib. 2, Noal. de transmiss. cas. 1, n. 174, Dur. de condit. & mod. imposs. part. 3, c. 9, n. 16, Pereg. de fideicom. art. 16, n. 116, Rot. decis. 86, n. 40, part. 6, recent. Arias de Mes. var. resolut. lib. 2, c. 4, n. 6, Auctor hic numero 2, ubi subjungit quod si deficiat conditio casualis, legatum quoque alimentorum * deficiat; sed in hoc contrarium defendit Noal. de transmiss. cas. 1, n. 177, Capyc. Galeott. contrrov. 59, n. 60, lib. 1. Potestativa autem conditio, * quando habeatur pro impleta, vel non, inquirat Auctor hic à numero 4, ad 8, ubi plures casus distinguit Noal. de transmiss. cas. 1, n. 178, & seq. Duran. de condit. & mod. imposs. part. 3, c. 7, numero 46, ubi quod conditio potestativa deficiens pro casum, aut sine culpa ejus, qui eam implere debet, habeatur pro impleta, Cyriac. contrrov. 50, numero 18, & contrrov. 340, numero 3, ubi quod si deficiat conditio potestativa sine culpa implere debentis legatum debeatur. Arias de Mes. var. resolut. lib. 2, cap. 4, n. 4.

Respectu conditionis mixtæ pro impleta non habetur *, sed potius pro defecta quando deficit factio ipsius legatarii. Anell. Amat. consil. 29, n. 7, Duran. de condit. & mod. imposs. part. 2, c. 3, n. 54, & 59, Leoncill. de privileg. pauper. 209, n. 1, part. 2, Cyriac. dicta contrrov. 50, ex n. 8, ad 19, & contrrovers. 167, n. 18, ubi quod conditio mixta tunc habeatur pro impleta, & purificata, quando deficit ob culpam illius in cuius persona debebat impleri, Arias de Mes. var. resolut. lib. 2, cap. 4, n. 7, & post alios profertur Auctor hic num. 8, & n. 10, ubi quod præcedens conclusio locum non habeat in legato alimentorum debito, etiam si conditio mixta successiva deficiat, modo ablit culpa ejus, qui tenebatur conditionem adimplere. Peregr. consil. 38, n. 3, lib. 2. Cost. de rat. 4, 201,

n. 3, Gal. pract. observat. 144, n. 12, lib. 2, Sanchez de matrim. lib. 1, disput. 33, n. 25, Leoncill. de privileg. pauper. 209, n. 2, 3, & 4, part. 2. Arias de Mes. var. resolut. lib. 2, cap. 4, numero 21.

Legatum uxori, aut alteri relictum, ut habitet cum filiis cujus contemplatione factum dicitur, inquirat Auctor hic n. 16, concludens in dubio cenferi factum favori legatarii, + ita ut etiam mortuis filiis omnino debeatur. Thesaur. quest. forens. 54, n. 3, lib. 1, Capyc. Latr. decis. 52, n. 5, latè post alias Arias de Mes. var. resolut. lib. 2, c. 5, n. 2, 13, & 14, & per totum Merlin. Pignatell. contrrov. 40, n. 15, & seq. lib. 2, Superius dicta quantumvis ageretur de conditione adjecta in margine instrumenti, dummodo apparet scripta + manu Notarii de eo rogati, tunc enim de ordine contrahentium seu disponentium conscripseretur. Cavalier. decis. 122, n. 6, & seq. Mantic. decis. 357, n. 1, & seq. repetita licet imperfectè decis. 106, in crim. Farinac. & coram Millin. decis. 209, per totam repetita in crim. Farinac. decis. 146, & decis. 276, numero 3, part. 2, & decis. 349, n. 17, part. 9, tom. 2, recent. & coram Royas decis. 83, n. 17, & decis. 237, n. 6, Buratt. decis. 456, n. 19, & 20, & in annot. Ferentill. n. 23, Coccin. decis. 467, n. 2, eadem Rot. in Bononien. fideicommiss. de Amorinis 18, Maii 1648, §. fides autem versic. coque magis Melio, & in Urbinate. Prædii 2, Junii 1654, numero 1, Bicchio.

At si apostilla apparet scripta manu alterius, quam Notarii, tunc debet esse subscripta, + & probata à Notario, ut instrumentum subsistat. Ruin. consil. 68, nu. 5, lib. 4, Mantic. decis. 357, n. 1, Coccin. decis. 101, n. 9, & 10, Rot. apud Cenc. de cens. decis. 379, n. 6, & 7, ubi limitatur quando apostilla continet id, quod tacite inest. Millin. dicta decis. 209, repetita in crim. Farinac. decis. 146, Ferentill. ad Buratt. dicta decis. 456, n. 23, Ratio subest optima, quia de jure quicquid continetur in * instrumento à Notario scribi debet, sed aliter approbari. Cavalier. dicta decis. 122, num. 2, & 4, Mantic. dicta decis. 457, sub y. 1, versic. Nam, id est repetita in crim. Farinac. imperfecta tamen, dec. 106, In dubio autem an apostillæ manu Notarii essent scriptæ, aut subscriptæ interim + instrumentum nihil probaret, Mantic. dicta decis. 457, numero 1, repetita in crim. Farinac. decis. 106, non tamen integrè. At constitit apostillam manu Notarii fuisse conscriptam in dubio præsumitur * facta de tempore stipulationis instrumenti, aut confessionis Testamenti de voluntate partium, & non ex intervallo. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 12, tit. 1, n. 30, Rot. coram Eminentiss. Othob. decis. 244, n. 25, & 26, dec. 271, n. 27, & 28, ubi aliæ decisiones recententur, dixi allegat. 17, n. 3, & allegat. 125, n. 4, 45, & per totam lib. 3, ubi materia ex professo discutitur.

CAPUT XLIII.

SUMMARIUM.

1 **Legatum in dubium censetur quod minimum est; Et de ratione numero 2. Fallit ut nu. 3. Regulariter præsumitur favorabile numero 4.**

5 **Alimenta pupillis per Judicem taxari debent.**

6 **Tutor expendere potest pro alendis pupillis, etiam si non præcesserit taxatio Judicis; Eius officium gratuito erga pupillos præstare debet.**

- debet numero 7, Incumbens tutela sine salario scrupulosam redditionem rationis evitat n. 8. Capitalia pupilli distrahere potest si non sufficiunt redditus numero 13. Consanguineus pupilli rigorosas rationes reddere non tenetur numero 14, & numero 20. Sine libro rationes reddere potest numero 15. Ad usuras reliquatus non tenetur quando per ipsum non stetit quominus rationes redderet numero 21.
- 9 Periti non sunt eligendi, nisi prius discussis rationibus per Judicem, ut calculos ineant.
- 10 Parcelle tenues non conjunguntur ut faciant magnam & numero 11. An sint tenues, vel magnæ arbitrio Judicis remittitur numero 12.
- 16 Juramento in litem quando locus non sit contra Tutorem. An sit locus pendet ex Judicis arbitrio numero 18.
- 17 Mendaci in litem juramentum non præstat.
- 19 Dilatio ad probandum petita quando concedenda.

Regula ponitur hic n. 1, & 2, juxta quam in dubio legatum + censetur quod minimum est, Cyriac. *controv.* 50, n. 43, Jo. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 1, cap. 7, num. 10, & 11, ubi ampliatur etiam in relicto conjunctæ personæ, & lib. 2, cap. 42, n. 14. Leoncill. *de privileg. pauper.* 204, n. 1, part. 2. Thomat. *decis.* Macerat. 91, n. 3, & 11, Ciardin. *controv.* 47, n. 64. Rationem assignant quia testator censetur minus gravasse hæredem + quam fieri possit, Thomat. *dicta decis.* Macerat. 91, n. 12. Ciardin. *dicta controv.* 47, n. 65, ut subjungit etiam Auctor hic n. 3, 4, 5, & n. 16, ubi limitat regulam in legatis ad pias causas, & pro alimentis, + in quibus legatum præsumitur quod majus est, Leoncill. *de privileg. pauper.* 204, n. 2, part. 2. Cyriac. *controv.* 340, n. 42, latè Pasqualig. *quest. moral.* 234, n. 1, & 3, ubi n. 4, animadvertit quod legata veste sacra Cupucinis intelligi debeat qualitatè melioris, quæ haberi possit in illo tamen genere, quo est apud ipsos in usu; Exindè quærit Auctor hic n. 25, an legatum regulariter favorabile * potius, quam odiosum præsumatur, circa quod articulum ad partes examinat, & legatum favorabile dici concludit Merend. *controvers. lib.* 4, cap. 46. Cùmque alibi de subsequentibus in hoc capite in aliis dixerim: idè in materia tutelæ inferius dicenda subjungam quæ conferunt ad notata in c. 37, §. 2.

Dolendæ dubio procul videntur vices Isabella de Meliis, dum tuentes ejus jura, absque prorsus juris fundamento tot sumptibus, ærumnis, ac litium anfractibus eandem inutiliter defatigant contra nos fratres de Meliis, qui profecto nunquã conquiescimus, neque defatigabimur antequam illius ancipites vias, rationesque ventosas, & pro omnibus, & contra omnia controvertendi occultemus, quemadmodum in altera fideicommissi controversia per lustra ferè sex pertinaciter agitata tandem ipsamet succubuit.

Ad quem effectum in primis exactè rimandum se se offert, quod in actu susceptionis tutelæ, per Judicem decretæ Tutor ipse + curavit pupillis alimenta taxari ad placitum Imperatoris in l. 2. C. de *alim. pupil.* præstan. & animadversionem, Sol. ad *antiq. constit. Sabaud. Decret. quietat. part.* 1, *glos.* 3, sub n. 15, *vers.* licet melius, fol. 150. tamen absque recursum ad Judicem quicquid cognovisset + pupillorum utilitati expedire, sive in alendo, educando, & factores deputando impendere potuisset, ut latissimè post alios prosequuntur Cyriac. *controv.* 503, d. n. 20, ad 25.

Zac. de *salar. quæst.* 3, ex n. 20. Thomas de Tutor. & *curat. tit.* 18, sub n. 97, *vers.* & cautius tutor, & n. 101. fol. 171, & *tit.* 28, n. 20. fol. 1034. Quam sanè cautelam adhibuisse omnino Tutori suffragatur, ne pro prædictis ulterius molestiis indebitè vexetur.

Dum ergo ex prædictis liquet, ac ex processu convincitur quod salaria per Judicem assignata in alias causas, non autem in emolumentum Tutoris cedunt qui ejus officium + gratuito pupillis præstitit, quemadmodum Jura disponunt, ex cumulatè per Michael de *Fratr. part.* 3, ca. 44, n. 26, & *seq.* Surd. de *alim. tit.* 1, *quest.* 47, n. 7. Gratian. *discept.* 919, n. 6, & 7. Cyriac. *controv.* 503, n. 1, ac per totam, Thomas de *Tut. & Curat. tit.* 28, n. 1, ac per totum fol. 1032, Zacch. de *salar. quæst.* 87, n. 1, cum *seq.* Tondut. *resolut. civil.* 76, n. 2, consequens idè fit, ut ratiocinatio dicta per informantes adversariæ ab assignatione egregii salarii ad eruendum majorem rigorem in extorquenda redditione rationis + scrupulosa optimè retorquetur, ut non obscure colligitur ex Sol. ad *antiq. constit. Sabaud. Decret. quiet. part.* 1, *glos.* 3, sub n. 14, *vers.* Quum itaque fol. 150.

Quod si etiam parcelas Decreto Judicis corroboratas, omnique Jure legitimas, ferie facti conturbata contendere pars adversa non erubescit, singulasque in norma dispositas ad incudem juris ineptè, denuò, & frustra revocare contendit, sub prætextu quod nec modicæ accepto ferendæ veniant, & magnæ justificationem aliumde quàm ex libro tutelari necessario prærequirant, discussiones certè, quæ electionem peritorum, + eorumdemque conferentiam, calculum, ac relationem omninò juxta juris tramites prætere debent, vulgata l. 2. §. quod de frumentaria, ubi Bart. sub n. 1, *vers.* & idè. Cùm non requiratur alia cognitio nisi computatio, ff. de *adm. rer. Civit.* Socin. *sen. in l. si quis arbitratu* 43, sub n. 31, *vers.* Octavo limita, ff. de *verb. obligat.* Sol. ad *antiq. constit. Sabaud. Decret. quiet. part.* 1, *glos.* 3, n. 33, fol. 150, cum adductis in altera mox edicta incipiente *dubitationes §. nec termini,* & faciunt tradita per Spad. *consil.* 219, n. 28, lib. 2.

Cùm præcipuè intervenientes pro adversaria subobscure admissis pro subsistentibus parcelis libri intra libras triginta juxta continentiam normæ eadem + simul coærcatas extra dentes contra expressum tenorem normæ impugnant freti auctoritate Jodoc. Damhouder. de *patroc. pup. tit.* de *Tut. & Curat. cap. unic. n.* 27, & faciunt tradita per Buratt. *decis.* 167, n. 2, & per totam, cum tamen leves parcelle insensibiles, ac modicè librarum triginta qualitate personarum potius quàm patrimonii pupillorum * ob antea actas calamitates adhuc ingentes jure optimo inspecta sive singillatim, sive simul unitè ponderentur, Tutori indifferenter accepto feruntur Bald. in l. unica sub n. 6, *vers.* nec in ista materia coærcavabo minutas quantitates, C. de *confes. Jas. in l. si idem* 11, sub n. 8, *vers.* Postea subdit, ff. de *jurisdic. omn. judic.* Purpur. *consil.* 31, n. 5, & 6. Sol. ad *antiq. constit. Sabaud. Decret. quiet. part.* 1, *glos.* 3, sub n. 17, *vers.* Nec summarum, fol. 150, Thomas de *Tut. & Curat. tit.* 34, sub n. 231, *vers.* Probat in considerandis parvis fol. 1080, Pignat. ad *statut. Ferrar. rubr.* 37, n. 12. Nec obsistit auctoritas Rotæ coram Buratt. d. *dec.* 167, cù procedat in dubio sive ubi extat statutum, aut constitutio aliter disponens: Damhouder autem in *alleg. u. nic. n.* 27, movetur ex doctrina Baldi in *conf.* 117, lib. 2, qui tamè in meo codice ne verbū quidè facit. Unde

Unde cùm in hac materia exiguitas, & magnitudo summæ + arbitrio Judicis determinanda relinquatur. Menoch. de *arbitr. cas.* 52, n. 11. & cap. 72, n. 10, & in proximis terminis Pignat. ad *statut. Ferrar. dicta rub.* 37, n. 11. Frustra circa hujusmodi moderationem ad libras triginta contenditur, quæ verò subjungebantur de solidis quinque irrisione potius quàm responsonem admittunt, retentà semper insigni nobilitate perfoarum, inter quas agitur.

Tutor verò pro indigentis pupillorum ubi aliter ipsis provideri nequit, quod ad capitalia + manus apponere valeat absque eo quod Decretum Excellentissimi Senatus, aut aliæ solemnitates interveniant abundanter demonstratum apparet in alia incipiente Rhedam §. vel vires, & in altera incipiente Tutores §. de necessitate, & præter in utraq; adductos comprobant Ruin. *consil.* 91, sub n. 7, *vers.* & in casu nostro lib. 5, Cravet. *consil.* 866, n. 20, & 21, Decian. *consil.* 2, n. 6, lib. 4. Franc. Baron. de *effect. minor. etat.* 3, n. 50, in *fine.* Ubi quod Tutor possit vendere, ut emat boves, & alia necessaria pro cultura, & n. 203, Mantio. de *tacit. & ambig. lib.* 4, tit. 6, n. 54, ubi quod alienatio facta à Tutore sine solemnitatibus præsupposita necessitate non imputetur.

Stante potissimùm quod vertamur in Tutore, in quo præter alias qualitates consideratione dignas jam pluries recensitas, arctissima quoque sanguinis conjunctio cum pupillis concurrebat, quæ ne ab ipso exigantur rigorosæ * rationes operatur ex traditis in hac eadem causa allegatione incipienti Tutores in *princip.* & in altera posteriori §. præter quas & §. *seq.* Sol. ad *antiq. constit. Sabaud. Decret. quietat. gloss.* 1, n. 10, fol. 146, in *fine.* & 147. Damhoud. de *patroc. pupil. tit.* de *Tut. & Curat. rat. justificat. cap. unic. n.* 55, in *fin.*

Vel ergo Isabella de Meliis libro tutelari tanquam in substantialibus ritè, rectè, ac sincerè connecto acquiescere intendit, & negotium extraleam contendendi reponitur, + vel in totum reprobare mavult, & tunc oblata per nos rationum redditio subintrat, de qua dixi *allegat.* 124, n. 42, lib. 3, & deinde *allegatione incipienti Rhedam numero* 18.

Vel prævia admisione parcelarum triginta libras non excedentium reliquas, non uti mendaces, aut erroneas, sed tanquam confusas solummodò impugnare studet, & tunc non applicata regula quod liber Tutoris in aliqua ex partibus erroneus, in omnibus quoque erroneus præsumatur, ut animadvertetam in posteriori allegatione, responsiva pariter ad motiva Præstantiff. D. mei Judicis §. tota ergo. Somniata enim confusio in aliquibus ex parcelis libri tutelaris ejus veritati non præjudicat, cui facillimè nos fratres occurremus datà competenti dilatione per evidentiam facti, sub oculis, atque incontinenti, eaque propter exinde dolo penitus cessante, 16 & probandi facilitate + cumulata affectato in litem juramento locus esse nequaquam potest. Bart. quem sequuntur communiter scribentes in l. in *actionibus* 5, n. 22, ff. de *in lit. juran.* Paris. *consil.* 74, n. 7, lib. 1, Plot. de *in lit. jurand.* §. 4, n. 7, & 20. Jacob. Machell. *patroc. n.* 18, n. 5, Gargiar. *patroc. n.* 8, in *fine.* Minsynger. *observat.* 12, n. 2, cent. 4. Thomas de *Tut. & Curat. tit.* 13, sub nu. 320, *vers.* 1, Juramentum in litem fol. 115. Cyriac. *controv.* 180, n. 3. Othob. *decis.* 32, n. 8. Andr. *Censal. dec. Lucen* 60, n. 19, Rot. *dec.* 44, n. 16, & *seq. part.* 9, tom. 1, recent. & in Romana *redditionis rationis* 16, Junii 1651, n. 12, Alberгато.

Præterquam quod Isabella de Meliis, quotquot ejus jura tuentes, & quoties de cineribus extincti tutoris perperam obloquuntur tot, & toties aliena prorsus à veritate componunt, mendacibus + autem uti pro certo pejeraturis juramentum aliquod non defertur. Afflicti. *decis.* 136, sub nu. 2, *vers.* & per juro Surd. *decis.* 326, sub n. 94, *vers.* quia neque ei. Socin. *conf.* 136, sub n. 9, *vers.* quod nunquam lib. 1. Menoch. de *arbitr. consil.* 192, n. 2, Ofsac. *decis.* 66, n. 5. Cujus quidem juramenti in litem ad exclusionem plura diximus allegatione juris præcedenti circa finem. Unde cùm delatio + juramenti in litem à mero Judicis arbitrio pendeat ex Rot. post alios *decis. impressa apud Farinac. conf.* 96, sub n. 53, *vers.* siquidem lib. 1, nullus certè Judex prædictis concurrentibus mulierem ad jurandum in litem admittit, & *decis.* 44, numero 24, part. 6, tom. 1, recent.

Partitas expensarum à libris triginta supra ob non expressionem causæ, sed causarum in calculatione per peritos ineunda non admittendas Judex à quo simpliciter decrevit, cùm tamen dilatio + enixè per nos petita ad illas legitimis probationibus justificandas prius assignari debuisset per *textum in l. publica* 26, §. *fin. ff. de deposit. l.* 3, ubi *Glos. in verbo probabuntur C. de administ. tit.* Bald. in *rubr. C. de fid. instrum. sub n.* 64, *vers.* interdum; per alias conjecturas Benint. *decis.* 43, sub n. 12, *vers.* sed aliter deberent probari. Cavalcan. de *tutor. sub n.* 212, *vers.* in magnis autem: Secus esset absque aliis conjecturis cum adductis per Thomas de *Tutor. & Curat. tit.* 34, sub numero 22, *vers.* in magnis autem, & Rot. apud Saggad. in *Labyrinth. credit. decis.* 27, numero 3.

Ingens propterea æquivocum circa intelligentiam terminorum informantes pro Isabella de Meliis evidenter assumunt. Dum ex inordinata parcelarum in libro tutelari distributione, indistincta reddituum annotatione, neglectâ receptionum à debitoribus pupilli consecutarum custodia, aliiisque omissionem dumtaxat concernentibus legalitatem Tutoris excludere simul, & illius dolum arguere contendunt, animadvertere enim debent ratiocinationem in extraneo Tutore ignobili, ac morum probitate exuto sibi locum vindicare, secus autem in Tutore legali natalium nobilitate conspicuo, consanguinitatis vinculo pupillis devincto, ac omni virtutum genere ornatissimo, quemadmodum post alios in proximis terminis consideravi *allegat.* 124, n. 41, lib. 3, & *allegat. incipienti Rhedam ante §. solutionem vero,* & *allegat. incipienti Tutores in princ.* ac per totas, & præ cæteris in puncto optimè examinat Crivel. in *sepius adducta decis.* 2, n. 7, Monach. *decis.* Bonon. 48, n. 5, & *seq.* Jodoc. Damhoud. de *patroc. pupil. tit.* de *Tut. & Curat. rat. justific. cap. unic. n.* 34, & 35, Menoch. *conf.* 48, n. 19.

Quas sanè assertiones omni jure inconcussas plurimorum doctrina inevitabili studiosè comprobavimus, ne ex amore fraterno, ac nepotum respectivè proventu somniantibus in vigilia meridie ac notorio viderentur. Hinc igitur cùm Isabella de Meliis in judicium provocata loco recipiendi oblatas per hæredes, & Tutorem redditiones rationum ea animi moderatione, qua ipsius, & nostrum decet arctissima sanguinis conjunctio, & natalium nobilitas ad tergiversationes, jurgia, & emendicatos prætextus se manū duci patiat, inanis idcirco reliquatus + fidem deberi contigerit usurarum prætentio evadit ex traditis per nos *dicta allegat.* 124, n. 25, & 26, lib. 3, & diximus in altera incipiente Rhedam ante §. in *herendo*